

item aliud. Quamuis igitur aurū in corpore minerali sit, nihilominus illud corpus est nullius momenti, quapropter venit ab auro separandum vt impurum, at auri corpus est purum. Sunt igitur in minerali duo corpora, quorum vnum est fructus corpus auri purum, cui spiritus eius incorporatus est inseparabilis. Fructus itaq; primū ab elemento in arborem introducuntur vti spiritus in corpus impurum, & cum isto demum in terram, nobile purumq;. Id ipsum videtur in homine, cui duo corpora contigerunt, corruptum vnum, alterū verò incorruptum, quod cum isto sit æternum coniunctum, imago Dei videlicet, propter quam potissimū differt ab omnibus alijs creaturis.

*De morte elementorum, & presertim aquæ.*

C A P. V.

**M**ORIVNTVR etiam elementa propter corruptionem (quemadmodū & homines) in seipsis. Vt aqua quæ suimet ipsius mors existit, proprios fructus siquidem ipsa deuorat ac absorbit, non secus ac terra suos. Quicquid enim ex ista nascitur, iterū in eam rediens absorptum

eva-